



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De excomm. no[n] reseruatis in Extrau. cap. 40.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

clesiæ ob delictum clericorū; prædicti officii occasione etiam fisco Ecclesiæ applicant. * Nona est in Officiales, ferētes, vel non rescindētes statuta de usuris soluendis.
* Decima. Cōtra Religiosos mēdi-
cātes, qui sine Papæ licētia loca de
nouo accipiunt ad habitandum,
vel habita commutant, aut quo-
uis titulo alienant. Est etiam con-
tra concionatores, & Religiosos,
qui decimarum solutionem ali-
quo modo impediūt. * Undecim. In Religiosos cuiuscunq; ordinis,
qui interdictum auctoritate Se-
dis Apost. impositum, seu in ordi-
nariorum Ecclesia Cathedrali ob-
seruatum, non obseruantur.

*De excommunicationibus nō reser-
vatis in extranag. Cap. 40.*

Fulminatur * Prima, cōtra im-
pedientes Nuntios, & Legatos
Summi Pōtificis, ne ingrediā-
tur regna, prouincias, & terras, ad

quæ ipsi sunt destinati. Sed hæc est etiam nunc temporis in Bulla Cœnæ Domini.* Secunda, est contra illos, qui extra casus in iure concessos, alienant bona immobilia, vel mobilia, pretiosa Ecclesiæ: vel ultra tres annos locant aut alio contractu concedunt: sed hæc à paucis videtur recepta.
* Tertia. Contra impugnantes litteras Papæ nondum coronati.

De excommunicationibus in Concil. Tridentino positis.

Cap. 41.

Prima habetur sess. 4. contra imprimentes, vel imprimi mandantes libros de rebus sacris sine auctoris nomine, & ordinarii approbatione, ac proprii superioris recognitione. Ligat etiam eosdem libros apud se retinentes, ac præterea diuulgantes manuscriptos, sine eorundem li-